



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

Exegesis Euangelij Luc. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](#)

Genes. 15.

Acto. 2.

1. Cor. 15.

Matth. 17.

Marc. 9.

Lucas 9.

quod filii sumus adoptionis. Nunc quidem quod creatura sumus appetet, sed quod filii Dei sumus, nondum appetet manifestabitur autem id per revelationem gloriae caelestis in nobis. Quod vero interim non appetet eam ob rem est, quia vanitati, corruptioni, ac mutabilitati nunc subiecta est, creatura mortalis humana non volens. Non volens inquam, quia non elegit has penitentias & ærumnas huius vita: sustinet tamen patienter, propter eum qui eam huiusmodi poenis & miserijs subiecit, idque in spe, quod non ad sui perditionem, sed ad sui saluationem ab optimo Deo & Patre lis subiecta est, unde ea levia & tolerabilia quæ suffert, existimat. Sic Iacob duros sustinuit labores, amore & expectatione Rachaelis sibi coniungenda, qui tamen labores, cum eos sustineret, non duri, sed leues, diesque septem annorum, quibus expectabat, pauci videbantur præ amoris magnitudine. Sequitur: Quia & ipsa creatura mortalis liberabitur à seruitute corruptionis, & à sollicitudine vestrum, ciborum aliarumque necessitatum, quibus in hac vita propter corruptionem humanam seruire cogitur, per generalem ultimam resurrectionem. Interim enim in hac vita non manifestat pater quantum diligit filium, ne filius in sole scar, sed sub disciplina nunc & sub flagellis illum continet quamdiu hic peregrinatur. Liberabitur autem, cum pertigerit in adoptionem libertatis filiorum Dei, quod erit in plena securitate, felicitatis æternæ. Interim (quod nobis competit) omnis creatura, id est, homo (in quo omnis creatura habet communionem, aliquidque in eo participari ingemiscit pro calamitatibus multiplicibus, quas hic sustinet. Ingerunt autem homo desiderio liberationis amoreque beatitudinis, & parturient interim dolore & labore operans usque adhuc. Nam quomodo majoribus ac antecessoribus nostris idem gemitus pro eadem re fuit, ita nobiscum quoque is perseverat usque in praesens. Non solum autem creatura invicta mortalitas, id est, homo ingemiscit, sed & nos quoque ut Apostoli primis spiritus habentes, puta qui spiritum sanctum & anzealios & abundantius accepimus, intra nos gemimus sub pondere laborantes presentis vita, & cum gemitu desiderantes adoptionem filiorum in nobis plenam manifestari, tanquam redempcionem corporis nostri. Tunc enim & non ante nec aliter liberabimur à mortalitate, & à calamitatibus omnibus huius corruptibilis vita. Interim vero adeo nemo vacat à gemitibus, adeo à suspirijs nemo est liber, ut nec mihi proficerit Paulo, quod in tertium sim raptus cælum, nec Petro, quod dulcedinem diuinæ degustauerit suavitatis in monte Thabor, nec alijs alia, quin cum gemitu præstolemur adoptionis iam factæ revelationem, atque redemptionem corporis nostri in Christo Iesu Domino nostro.

EXEGESIS EVANGELII DOMINICÆ IIII.

post Solennitatem Sanctæ Trinitatis. Luce VI.

Nisi jo charissimi, si quid miseris possum suauius dici, quidve audiant libentius quam de misericordia. Quo enim magis quis egerit, illud frequentius cogitat, audiens desiderat, libentiusque audit. Omnes autem nos peccauimus, & egemus gratia & misericordia Dei. Ex peccato enim primorum parentum nostrorum deparadiso in hanc misericordiam vallem electi

OOO 4

sumus.

sumus, vbi neque foris, neque intus integrum possidemus pacem. Cogimur enim vel iniuiti multa sustinere, complura sentire, quæ alioqui nolumus putare infirmitates, ærumnas, aduersitates, tentationes, afflictiones, famem, siti, æstum, frigora. Itaque quot modis affligimur, tot etiam nobis cupimus miseri. Quamobrem nihil nobis dulcior misericordia: hanc à Deo, hanc ab hominibus nobis cupimus impendi. Quam tamen quomodo obtineamus, legem nobis Christus insinuat, dicens: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Omnes, inquit, desideratis vestri miseri, & misericordiæ vobis opera impendi. Sitis igitur ipsi quoque alijs misericordes, & misericordiam consequemini. Proxima igitur Dominica cum nobis significacum sit, quam pronus, quamq' paratus ad misericordiam sit Deus, adeo vt perditos nos atque aberrantes à se requirat, gaudens inueniat, inuentos ad suam reducat nos domum, hodie legitur nobis Euangelium quo discimus, quomodo misericordia illa nos dignos faciamus, in proximos nostros eandem quam in nos erogat Deus exhibentes, vt hodie Euangelium docet. Itaque Christus dicit:

Estote misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est.

Misericordia laus quæta.

Matth. 7.

Misericordia quid sit.

Misericordia quomodo sit in Deo.

Tanta laus est misericordiæ, vt ipsa non solum amicos, sed Dei nos iam efficiat filios. Reddit enim hæc virtus nos conformes Deo, & quasi quædam signa sublimis naturæ nostræ imprimet animabus. Omneni enim curam, dilectionem, misericordiam, quam à Deo petimus, quam speramus, quam recipimus, quamq' expectamus, eandem vult nos in proximos quoque nostros effundere. Vnde liquet, quantam à Deo misericordiam nobis optamus fieri, tantam vt effundamus in proximum oportere: quia eadem mensura, qua nos mensi fuerimus, remetetur nobis. Hunc enim nos exhibere in proximum animum necesse est, cuiusmodi animum effundere in nos volumus Deum. Sciendum itaque misericordiam, compassionem, seu tristitiam esse de aliena miseria, cui subvenire, dum possumus, inuitamus. Non est autem in Deo misericordia hoc modo, vt est quædam compassio aut dolor tristitia ve de alieno malo, nec vt sunt etiā passiones reliqua appetitus sensitui in hominibus: sed est misericordia in eo, vt sonat misericordia actum voluntatis, quo volumus misero subveniri. Hoc modo est in Deo misericordia tanta, vt haudquam illi possit humana æquari. Quapropter cum dicitur, Estote misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est, hoc verbum, sicut non æqualitatem mandat, sed similitudinem & imitationem, vt quo modo nobis misereretur Deus, misereamur nos quoque nostris proximis, puta gratuito, & immeritis, & à quibus nihil speramus retributionis.

Nolite judicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimitte & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.

Omnis misericordia proximo exhibita bonum est aliquod, quo eius potest miseria sublevari. Ideo ad omnia generatim misericordia se extendit, quibus

quibus à miseria homo est leuādus. Duas autem species Dominus ponit mi-
serendi, in quibus singulis datur beneficium, & ad has alia omnes reducun-
tur. Prima species est, vt proximo des aliquid, puta aut eleemosynam ali-
quam corporalem, vt est esca, cibis, vestis &c. aut spiritualem puta instru-
ctionem, consilium, consolationem, &c. Hoc indicatur per verba, Date, &
dabitur vobis. Date, inquit, temporalia, & dabuntur vobis caelitia. Rogat
te mendicus. Quid? Panem. Roges tu quoque Christum mendicus. Quid? Re-
gnum celorum. Num audebis tu negare homini panem, qui à Deo poscis
regnum celorum? Dato igitur tu panem proximo, vt tibi regnū à Deo non
negetur celorum. Quid si nolueris, qua fronte audebis petere à Deo tanta
dona cantaquie beneficia? Constituit itaque tibi legem, vt tantum tibi expe-
ctes à se dancum, quantum tu paratus es egeno dare. Hoc tamen non intelli-
gitur iuxta mensuram dati, sed iuxta mensuram charitatis, hoc est, bonæ
voluntatis Maiora enim Dei sunt dona, qua retribuit, imo & qua præro-
gavit, quam tu egeno possis dare. sed intelligendum ita est vt quo plura &
matori charitate beneficeris pauperi, eō plura nobilioraqe dona recipies à
Deo. Non igitur diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. Si enim
qua inquit Ioannes, habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum
egere, & clauserit viscera sua ab eo (puta vt illi necessaria non tribuat) quomodo
charitas Dei est in illo? Cū ergo beatius sit dare quam accipere, propterea
quod illud charitatem habeat, hoc necessitatem, non sitis filii segnes, non si-
tis tenaces, non sitis denique formidolosi ad tribuendum necessaria egenti-
bus. Non audias pusillanimum cogitationem: Fortasse adhuc ipse egebo.
Humana hæc cogitatio est non diuina, de futuris cogitare cum pusillanimi-
tate. Non potest tibi (crede mihi) perire, quicquid Christo dederis, prefer-
tim in aliquo membroru suorum egenti. Altera est species beneficij, cessare
à malo, aut nō inferre malū. Si enim potes proximo tuo malū inferre, habes
pecies a te-
rrafus simul & copiam & causam quare id facias: pro Dei tamen amore,^{ta que sit.}
non vis, cū possis, aut cū ira suadeat quoque ei malum inferre, iam be-
neficium proximo contulisti. Carere enim malo, bonum est. Verbi gratia:
Quando non detinet quis vincitum cū possit, quando nō vlcificitur, quan-
do iniuriam non retaliat, in hoc p̄fstat beneficium. Bifariam autem con-
tingit, vt non inferas malum. Aut enim malum est in opere quod inferretur.
Malum non
inferre vt co-
tingat bifaria
polis (vt dixi) expetendo vindictam, sumendo supplicium, priuando gra-
tia, fauore, aut beneficis tuis. Et hoc prohibuit Dominus, quando dixit: Di-
mittite, & dimittetur vobis. Aut est in cogitatione, vt cū malè incepbris
sentire de proximo, vnde eius aestimatio, eiusq̄ fama apud te periclitatur.
Magnum enim est, cuius malum, malè de se audire, malè iudicari, con-
temni, aut sperni. Sic è regione magnum est beneficium, de se bona sentiri,
sua opera æquè interpretari, non condemnari aut abisci. Hoc Dominus
malum prohibens, & mandans bonum: Nolite, inquit, iudicare, vt non
iudicemini, nolite condemnare, vt non condemnemini. Scendum tamen
hic primo non prohiberi omne iudicium. Est enim iudicium de mani-
fatis, vt si videam hominem ex alieno agro metentem, hoc iudicare possum
quod vidi, id est, quod in alieno agro metit. Siquidem hoc mihi est ma-
nifestum. Veruntamen de occulto non possum iudicare alium, aut de eo,

PPP

quod

Miserendi
species du-
que sit.

I.

Lucas 6.

Augustia.

quod nescio. Neque enim propterea illum debo iudicare furem, quod in alieno agro messui, quia animum eius furandi, unde fur esse dicendus est, non possum videre. Potest enim fieri, ut animo furandi messuerit ex alieno agro, quod tamen quandiu nescio, si iudicauero furem, temere iudico. Potest autem fieri, ut iussu illius cuius est ager, aut eiusdem permissione, aut per errorem ibi messuerit (quod magis cogitare debo) tamen quandiu veritas me latet, non debo proximum iudicare vera, quod mihi est manifestum. His sepe delinquitur, ut homines factum aliquod videtes, cor eius quod non vident, ac intentionem presumant iudicare. Videtes enim apparen-
tem malum, mox pronunciant temere, quod ex odio, quod ex ambitione, quod ex vana gloria, & huiusmodi id genus vitio, hoc factum dictumve fit, quod temerarium est iudicare, & hic prohibitum, sicut hic prohibita omnia sunt alia huiusmodi iudicari, quae bono animo, maloque fieri possunt. Semper enim bono potius animo facta putari debent opera huiusmodi, & charitate excusari, quam in deteriori deputari partem. Itaque non iudicare hoc modo (ut dixi) est misereri. Facis enim illi bonum, quem non iudicas. Scendum quoque Dominum non prohibere hic iudicium, quod sit à potestate, ut pote ab eo qui autoritatem ex officio habet iudicandi, ut iudex ordinarius, qui iuxta causarum merita aut demerita cogitur iudicare, & aut condemnare reum aut insontem absoluere. Est præterea tertio aduentendum, quamus incerta omnia ac dubia in meliorem sunt partem interprætanda, & sentiendum de omnibus bene, quantum est possibile, qui tunis excusatio admitti potest, nemoque iudicandus temere: tamen quando remedium est peccato adhibendū, quando occasio delinquendi excludēdī, quando item custodia animabus statuenda, ita omnia sunt hæc exhibenda remedia, & pericula cuncta aut preständenda aut precludenda, ac si de gravioribus ac deterioribus, quæ evenire possent, homo foret suspectus. Ab aliis enim hoc quod iudicetur homo, debet custodiri, regi, arceri, ne peccet, nō quisquis qui creditur velle, sed qui sciatur posse peccare. Hoc enim nō est iudicare, sed prudenter timere, & pericula prævidendo caedere. Nam quod ad-
cas & ad offia seræ adhibentur, non quempiam est furem iudicare, sed posse quempiam furem data occasione effici, credere. Deinde dicit: Nolite condenare. Nolite si etiam peccantem cernitis, eum condemnare, id est, inter peccatores tanquam damnandum habere. Potest enim fieri ut vbi occidit, mox peniteat, iustiorum quam ante fuit resurgat. Non est igitur qui peccator fuit, damnandus, aut pro peccatore semper habendus. Et non condemnabimini, Deo vos ex peccatis resuscitante. Dimitrite iniurias vobis illatas. Induite, inquit, beatus Paulus, viscera misericordia, supportantes inueni, & dominantes vobis metipistis, si quis aduersus alium habet querelam. Et dimittetur vobis. Idem in Ecclesiastico habetur: Relinque proximo tuo nocentem, & tuum de preciari tibi soluentur peccata tua. Videsne quomodo in tuum arbitrium suum Deus posuerit infinitam misericordiam? Date consilium & auxilium eternum, & dabitur vobis hic gratia & consolatio, & post hanc vitam gloria eterna.

Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.

TE
21
Temerarium
iudicium
quod.

Judicium cu-
iudem non
prohibuerit
Christus.

Occasiones
peccandi quā
topere pre-
scindende
sunt per su-
periores.

Damnare te
merit quid

Coloff. 3.

Ecli. c. 18.

Pauperes in quos opera misericordia contulisti, sua oratione dabunt,
hoc est, dari vobis à Deo impetrabunt mensuram bonam, &c. Nam & Cor-
nelio Centurioni dictum est: *Orationes tuae & eleemosyna tua ascendenterunt in me-*
meritam confessu Dei. Dabunt autem vobis mensuram bonam & conser-
viam, ut copiosius sit præmium seu retributio vestra, quam opus. Nihil igit
ut metuatis minus vobis reddi à Deo, quia vos eius cederitis amore egenis: *Matth. 25,*
quia pauperes, quibus dedisti, immo loco pauperum ego (cui fecisti quic-
quicquid vni ex minimis meis fecisti) reddam in sinum vestrum, in gremiu-
m cordis vestri mensuram bonam, hoc est, non minorem, sed iustam, ut
competit vobis, confortat, id est, cumulatam, & coagitatam, hoc est, com-
prehensam & superfluentem, vult per horum verborum exaggerationem, quam
magna sit multitudo honorum, quam immensurabilisque æterna felicitas,
quam preparauit Deus diligentibus se, significari.

Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur
vobis.

Aequitatis huius primam partem Christus pronunciat, dicens: *Bea-* *Marc. 5,*
timisericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Alteram vero eduer-
sobeat Iacobus inferens, dicit: *Iudicium sine misericordia est, qui non facit mi-* *scordiam.* Eadem igitur mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.
Quod ita est intelligendum: Si bonus ac iustum feceris, iustum ac bo-
num tibi retribuetur. Si malum feceris proximo, malum iterum accipi-
es. Si malum feceris culpæ, malum tibi redetur peñæ. Non enim hic
sensus est verborum, ut si iniquum inferas, quid proximo. Deus tibi ini-
quum aliquid propterea, aut inique retribuat. Deus enim iniuste non iudi-
cat, nec iniquus est vindicta malorum, sed tibi proximo iniuriam intuleris:
si iudicaueris, si condemnaueris, si auxilium negaueris atque consili-
um, si denique consolationem eius necessitati subtraxeris, ipsa temeritas
tua atque malitia reuertetur cibi in sinum tuum, ut eo ipso quo feceris al-
teri malum, tibi malum compares.

Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest
cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in fontem cadunt?

Similitudo est & veritas, sed se in ipso veritas, ad alia autem nihilominus
similitudo. Quadrat autem in eos, qui antequam sunt instruti, magisteri-
um affectant. Nam ita dicit: Nunquid cæcus potest cæcum ducere? Ac si dice-
ret: Qui seipsum nescit, qui sui curam non habet, qui animam suam pro-
priam non diligit, quomodo potest, quæ tibi conueniat, scire? quomodo
potest cui curam habere? quomodo te potest diligere, qui seipsum non dili-
git? cum scriptum sit: *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Si igitur is, qui
iniquitatem diligit, seipsum odit, quomodo idem te potest in Deo diligere?
Nemo autem te non diligens, salutaria tibi prouidebit. Ergo cæcus, ignarus,
sui negligens, tibi cæco ducatum potest quidem promittere, sed præstare ne-
quaquam. Ridiculum certè est cæcum cæco dari ducem, multo autem id pe-
nitus ridiculosus, si cæcus ipse velit esse dux cæci. Hanc ad Apostolos & ad omnes
Psalatos dixit similitudinem, innuens quo timore acquiescedum sit, ut quis

PPP 2

præ-

Cæcus quo-
modo dica-
tur cæcum
ducere.

psalm. 10.

prælationem in alios accipiat, cum abiiciatur hic, quisquis non possit ignorantes docere, cacos ducere, aut lapsos erigere. Est autem maximè in eos di-
ctum, qui affectant præesse, non in eos qui prælationis fugiunt onus, ut pote
sus infirmitatis conscijs. Nihilominus tamen si diuina ordinatione, super
iorumque compellantur autoritate, debent obedire. Hos enim Deum tui
mentes, Deum quærentes, atque omnia quam maximè possunt, in Dei bene
placitum ac honorem dirigere satagentes, non deserit Deus, sed quicquid
humana illis deest eruditione, hoc diuina illis inspiratione infunditur.

Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem om
nis erit, si sit sicut magister eius.

Omnis sumus discipuli, discentes aut ex inspiratione & lumine diuino,
aut ab hominibus. Si itaque per magistrum intelligitur homo, non est
discipulus super magistrum, in eo scilicet, quod discipulus est, & in qua
ntum est discipulus, ac in his, quæ didicit a magistro. Porro si quid ma
gisterio didicit diuino, in hoc hominis non fuit discipulus: ibi potest et
iam magistri hominis fieri magister. Ultima igitur perfectio discipuli est
erga magistrum suum, ut sit sicut eius magister, in his quæ ab illo didicit.
Neque enim ea potest ab eodem dicere, quæ illemet ignorat, qui debet do
cere. Est ergo sensus, ut sit hoc quoque in prælatos dictum, qui male
vunt: Non est discipulus super magistrum. Non potest a te, inquit, dicere
subditus tuus aut discipulus, ut sit contempnor seculi, pius, castus, ac virtut
deditus, qui exemplo tuo virtuti contraria doces. Quomodo enim nulli
dices, non furandum, qui furaris? non ebrietati studendum, qui calicibus
perpetuo studes epotandis? Non igitur quam tu melius effici potest, quan
cunque se tuum discipulum gerit. Nam si melius fit, ex alio hoc haber ma
gisterio, non tuo. Quod si de Christo hæc verba intelligantur: Senfusel,
ut alibi dicit: Non est seruu maior Domino suo. Si me persequunt sunt, & respi
quentur. Ego qui sum magister vester, passus sum me iudicari, condemnari,
nec vlcisci tamen id volui, sed pro malis reddidi bona. Quomodo ergo
tu, qui discipulus meus es, & ex vita mea, dicere te oportet. (Exemplari
num dedi vobis, ut & vos ita faciatis) quomodo inquam, tu non vis dimittere
iniurias? Perfectus autem eris discipulus, si vita tua mihi conformis fuerit.
Mei enim imitatio, tua est, perfectio.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem au
tem quæ in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo po
tes dicere fratri tuo: Frater, sine ejuscam festucam de oculo
tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides?

Per festucam, moedicum, & veniale vult dicere peccatum quod si videris
fuisse quid ligatur.

Aut quomodo præsumis festucam ex alieno educere oculo, trabem in tuo
habens? Per trabem enim grande aut lemale peccatum vult intelligi. Non
igitur conuenit ei qui peccator est, alium corrigerem minorem peccatorem.
Verbi gratia: Ex ira fortasse quispiam peccauit in verbo leuiter, non refre
nans passionem suam. Tu vero hoc grauiter iudicas, condemnas & corri
gis mo

Romane.

Ioan. 13.
Ioan. 15.

Ioan. 13.

gis motus odio auersus delinquentem. Nonne recte tibi dicetur? *Medice cura te ipsum?* Et quomodo alium doce, reipsum non doce? Quomodo alium videt, teipsum non vides? Quomodo alium in modico delinquentem corrigit, teipsum non corrigit? Correctio certe fieri deber ex charitate. Ordinata vero charitas incipit a seipso. Tu vero fratrem non diligis, quem odis. Quomodo enim diligeres proximum, qui non diligis teipsum? Nam si trahem de oculo tuo non edocis, quomodo teipsum diligis? Aut quomodo (vt dixi) credam ut diligas proximum, non diligens teipsum? Quid autem proicit homo, si lucretur uniuersum mundum, & detrimentum sui faciat?

Hypocrita ejus primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui.

Hypocritam nominat eum qui iustum se fingit, ceu qui aliena curare queat vulnera, ipse sanus, cum grauiora in se habeat interim vulnera, licet ea cœcū non videat, recte igitur hypocrita dicitur, qui graui censura fœuit in leue peccatum proximi, sua verò grauiora peccata dissimulat. Monetur ergo seipsum ante corrigerē, odium & liuorem in corrigendo alio abijtere (hoc enim infectus vitio, nemo potest de fratri festuca recte iudicare) monetur intentionem lucidam & oculum simplicem habere. & ita, quomodo fratri ejus est festucam, curare. Quapropter charissimi, caute superbiā, caute inuidiam, caue odiū, caue iram quoque. His enim passionibus seruientes, neminem corrigent ut iliter. Syncera igitur sit charitas in te, sit ad fratrem compassio in delicto constitutum, si tu quoque non æquae in eodem delicto, aut maiori oportet, si volueris, salubris ut fiat delinq[ue]nti correptio tua. Alioquin eum quem velis esse mendacum, si in eodem aliove manifero tenearis peccato, haudquam corripias, sed obserua & inuita, ut tecum se corrigat. Dominus autem charitatem tuam videntes virique gratiam dabit se corrigendi, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA.

In quibus similes Deo esse nos congruas, & in quibus misericordes in proximum.

Esote misericordes, sicut Pater vester misericors est. *Lucas VI.* Ex magna misericordia oritur, quod Dominus nobis mandat misericordiam. Nihil enim nobis, qui miseri sumus, & misericordia egerimus, est utriusquam misereri, ignoroscere, compati, & miseris subuenire. Quo fit ut misericordiam suam Deus quoque largiatur nobis. Siquidem misericordia nostra impendere ut Deo iusta sit ratio, mandat ipse nobis dicens: *Esote misericordes.* Si enim fuerimus misericordes in proximos nostros, sicut, ut nos quoque misericordiam a Deo consequamur. Sunt autem multa in hominio Euangelijs, quæ nos instruunt ad pietatem. Primum est quod nobis præcipitur esse misericordes. *Nemo potest esse misericors in Deum,* quia Deo cum sint diuinitas, sapientia, potentiaque infinita, ipse non potest esse miser, nec honorum tuorum egit. Nihil illi prodest, si illum honoraueris, nihil si contempseris, obest. Nihil illi confers seruiendo, nihil subtrahis. *Salmo 33.* deseren-

*Instructions
hanc Euan-
ge. i.).*

PPP 3. deseren-